



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Originvm Monasticarvm Libri IV.

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1620

Cap. XXIII. Monachorum Ord. S. Benedicti variæ Congregationes
reformatæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11249

Denique Bernardus ubi sui ordinis confirmationem ab eodem Pontifice, Auenionem profectus, obtinisset, annosque 27. ei optimis legibus communito præfuisset, Senis, dum suis monachis pestilentia, quæ tunc grassabatur in ea vrbe, infectis, proprijs manibus inseruiret, & ipse percussus peste, spiritum Deo reddidit anno salutis 1348. XI. Kalend. Septembris. Ita Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, ex Chronico Ordinis Montis Oliueti. Corpus B. Bernardi asseruatur in Monte Oliueto magna cum veneratione.

Huius instituti Sodales alba vtuntur veste, habentque Præpositum Generalem non nisi triennem.

CAPVT XXIII.

*Monachorum Ord. S. Benedicti varia
Congregationes reformatæ.*

INter Congregationes varias monachorum Benedictinorum eminent *Cassinensis* apud Italos, *Vallisoletana* apud Hispanos, *Casalis Benedicti* apud Francos, *Olisiponensis* apud Lusitanos, & *Bursfeldensis* apud Germanos cum superiores, tum inferiores.

Cassinensis Congregatio, quæ & *S. Iustina de Padua* dicitur, circa an. 1408. aut 1410. per
Ludo-

Iudonicum Barbum, ad S. Iustinam in vrbe Pat-
tauina Abbatem, fumpfit exordium : vt fuse
docui in nostris Originibus Benedictinis
Coloniæ an. 1614. editis, cap. 92.

CAPVT XXIV.

*Monasteria Reformatæ Congregationis
Vallisoletanæ in Hispania, quæ in
Belgium & Lotharingiam suos
palmites nostro auro
emisit.*

S. Benedicti Regalis Abbatia in vrbe Val-
lisoletana, quæ est caput Congregatio-
nis.

S. Mariæ Montis-Serrati.

S. Mariæ Regalis de Nagera.

S. Martini in vrbe Compostella vulgò de
Santiago.

S. Petri de Cardena.

S. Zoili de Carrion.

S. Dominici de Silos.

S. Petri de Eslonza.

S. Mariæ de Sopetran.

S. Mariæ Regalis Abbatia de Hiracho, seu
Hiracense monasterium, in dicecesi Pom-
pelonensi.

S. Andreæ de Espinareda.

S. Ioannis del Poijo.

K 5

S. Vin.